



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XIX. Bischof Wedego gebietet den Geistlichen, welche die Halsbinde und die Stiefeln abgelegt, deren Wiederanlegung, im Jahre 1485.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

parte annotatam, ad mentem renocantes eamque in singulis clausulis et punctis attente considerantes in dicendis seu decantandis horis canonicis et etiam defunctorum vigiliis aliisque diuinis officiis quibuscumque peragendis, prolatione, vestitu et gestu ac aliis, prout decet, dictorum sanctorum patrum iustissimis ordinationibus vos studeatis, quantum potestis, conformare, sub pena duarum librarum cere tociens, quotiens horum contrarium temere presumptum fuerit, nobis irremissibiliter soluendarum. Et ad ulteriorem horum executionem faciendam parrochialium locorum plebanis et fraternitatum kalendarum decanis seu senioribus communiter vel diuim tenore presentium committimus, Volentes et mandantes, vt super omnium et singulorum premissorum obseruantia, quantum in parrochialibus ecclesiis fieri potest, procuranda, vigilanter intendant et excessus extinguentes ne dum in his sed etiam in aliis ad diuini cultus decentiam ordinatis quocumque, Vt si altarisite uel officiantes in processionibus consuetis cum biretis decenter non incedant vel si in certis festiuitatibus anni, videlicet Singulorum apostolorum et sancti Nicolai, Johannis baptiste, Marie magdalene, Laurentii, Michaelis, Martini, Katherine et maioribus, primis vesperis ad minus induti suppelliis non intersint, et sic de similibus, Si suis statutis et consuetudinibus approbatis inter se corrigere commode non possint, Ad nos aut curie nostre officialem, sine ulla dissimulatione, fideliter deferant corrigendos. Alioquin contra memoratos plebanos ac decanos in huiusmodi respiciendis et accusandis negligentes ad ipsos propterea puniendos ammodo seriosius procedatur. Datum wistogk, anno etc. LXXIII. In die natiuitatis Johannis baptiste.

Sequitur extractus ex decretis Concilii Basiliensis.

XIX. Bischof Wedego gebietet den Geistlichen, welche die Halsbinde und die Stiefeln abgelegt, deren Wiederanlegung, im Jahre 1485.

Wedego, dei gratia Episcopus Huelbergenfis, Vniuerso clero nostre huelbergenfis diocesis Salutem in domino. Cum omnis iactantia et dissolutio corporalis a sacramento ordinis debeat esse aliena, Statutum nostrum Sinodale, quod incipit Dolenter referimus in § et quicumque clericus, sumptum ex cle. II. de vi. et ho. cle., Etiam ad eos, qui leues quorundam laicorum mores vel potius abusus nouiter introductos imitari et huic seculo conformari gaudentes, sub tunicis colleria, quibus colli nuda proteguntur, per maiores nostros laudabili more semper haberi consueta, tamen omnino dimittunt, vel qui nudis cruribus caligas non induti, maxime quando diuinis intersunt officiis, impudenter et publice incedunt, quasi in sue squalide cutis ostensione et turpitudinis reuelatione gloriantes, tenore presentium extendimus, ipsosque penis ibi contentis decernimus subiacere. Datum Wistogk in Sinodo, anno domini 1485, feria secunda post Misericordia domini.

XX. Bischof Buffo bestätigt die Statuten seiner Vorfahren und ordnet über die Feier einiger Festtage Näheres an, im Jahre 1488.

Anno domini 1488 feria secunda post Cantate Reuerendus in christo pater et dominus, dominus Buffo, Episcopus ecclesie huelbergenfis, in publica Sinodo, tunc in ecclesia beate Marie virginis Wistogkenfi per eum celebrata, Omnia statuta per felicis memorie Reuerendum patrem